



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Jure Rerum Ecclesiasticarum Ad Germaniae Catholicae
Principia Et Usum Pars ...**

Complectens Sectionem I. & II.

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii, 1758

Titulus XVII. De Sacramentalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68048)

TITULUS XVII.

DE SACRAMENTALIBUS.

Conf. Decretal. l. 1. tit. 15. l. 1.
tit. 47.

§. 386.

Usus

SICURI Divinus Servator noster ad significandas & conferendas gratias suas, signa quædam externa instituit, quæ *Sacramenta* dicimus: ita etiam Ecclesia assumit quosdam ritus externos, tum ad prodendum & promovendum internum Dei cultum; tum ut dispositiones ad Sacramenta 43.); tum ut per illorum usum obtineamus varia beneficia Divina, vel liberationem a malo, intuitu precum Ecclesiæ, quibus consecrantur

Sacramentalium

§. 387. Si vocem *Sacramentalium* strictè sumamus, intelliguntur

43.) Vel removendo prohibens, sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias demonum & contra peccata venialia, vel etiam idem tatem quandam faciendo ad Sacramenti perceptionem & perceptionem, sicut consecratur altare & vasa, propter reverentiam Eucharistiæ. S. THOMAS 3. p. q. 65. art. 1. ad 6.

De Sacramentalibus. 521

lummodo exteriores actiones religioſæ ad ornatum & cultum debitum Sacramentorum ſeu Sacrificii inſtituræ. Cum autem etiam extra Sacramenta piæ quædam ceremoniæ obſerventur, ideo nomen *Sacramentalium*, ut etiam iſtæ ceremoniæ contineantur, latius uſurpamus. In hoc ſenſu Sacramentalia exprimi ſolent vulgari illo verſiculo : *Orans, Tinctus, Edens, Confessus, Dans, Benedicens.* Primo vocabulo ſignificatur *Oratio Dominica* : ſecundo *Aqua benedicta* : tertio *Panis benedictus* : quarto *Confessio generalis* : quinto *Eleemoſyna* : ſexto *Episcopi vel Abbatis consecrati Benedictio*. Alii addunt *Orationem in Ecclesia consecrata, Tunctionem pectoris & sacram Unctionem* : alii *Orationem Dominicam, Confessionem generalem, eleemoſynam & tunctionem pectoris pro Sacramentalibus non agnoſcunt.* Latius enim vel ſtrictius vox *Sacramentalium* ſumi poteſt. De plerisque ritibus in adminiſtratione Sacramentorum adhiberi ſolitis ſuo loco jam egimus : de *Oratione* agendum erit infra : de quibusdam aliis pauca annotamus.

§. 388. Pios eſſe ejuſmodi ritus *Antiquus,*
& *Fidelibus valde utiles,* docet *Con-*
cilium

K k 5

cilium

cilium TRIDENTINUM 44.) U
 ipse ab Apostolorum temporibus
 ductus, sufficienter demonstrat,
 dem instituendi ac mutandi po
 statem in Ecclesia esse, non ita
 men, ut per quemcunque Eccle
 rum Pastorem immutari possint
 tus, in universa Ecclesia, praeser
 tim Romana, recepti, cum isti om
 nem trahant ab universaliori &
 periori potestate, cui derogare non
 possunt inferiores. In illis autem
 piis actionibus & ritibus, qui ad
 quam imitationem Sacramentalium
 privata devotione assumuntur, ut
 de Benedictionibus dicemus, sum
 mopere cavendum est ab omni su
 perstitione.

*U*tilis.

S. 389. *Effectus* Sacramentalibus
 attribui soliti enumerantur I. Auxili
 um aliquod, vel bonus motus gra
 tia. II. Remissio culpæ saltem ve
 nialis. III. Remissio alicujus pe
 næ temporalis. IV. Dæmonis ex
 pulsio, vel cohibitio ne lædat.
 Commodum aliquod temporale,
 sanitas &c. Qua ratione autem
 effe

44.) Sess. 7. can. 13. de Sacrament. in
 nere.

De Sacramentalibus. 523

effectus producantur, Theologis
examinandum relinquimus 45.).

§. 390. Primo loco ponimus *Varia Un-*
ctioes, quibus Ecclesia utitur *Un-*

exemplo Apostolorum, qui unge-
bant oleo multos egros, & sanabant 46.).

Nam oleum & Chrisma non solum
adhibetur tanquam materia Sacra-

menti Confirmationis & Extremæ
Unctionis: sed etiam Oleo *Catechu-*

menorum Ecclesia utitur in Baptif-
mali fonte benedicendo, in Sacra-

mento Baptismatis conferendo, in
Ecclesiis & Altaribus tum firmis, tum

mobilibus consecrandis, in Presby-
teris initiandis, in Rege Reginaque

benedicendis & coronandis. *Infir-*
morum Oleo utitur Ecclesia etiam in

Campanis benedicendis. Sacrum
Chrisma adhibetur inter ceremonias

Baptismi, in Consecratione Episco-
pi, Patenæ & Calicis, in benedi-

ctione

45.) Vid. SUAREZ in 3. p. S. Thom. tom.
3. disp. 15. sect. 4. VALENTIA tom. 4.
disp. 7. q. 4. punct. 1.

46.) MARCI VI. 13. De Chrismatis usu in
sacris Ecclesiæ mysteriis differit CLAU-
DIUS ESPENCÆUS in 2. Epistolam Pauli
ad Timoth. c. 2. pag. 20. seq. item in ad-
jecta Appendice VI. pag. 261. seqq.

Etione Campanæ 47.). Oleum
 tem ad hos usus certis Ecclesiæ
 cibis benedicendum esse, ex
 qua traditione jam pridem agno-
 S. BASILIUS 48.). Benedictio
 tem hæc fit ab Episcopo in Offi-
 feriæ quintæ Cœnæ Domini, ca-
 tu, qui in Pontificali Romano
 scribitur. Insuper benedicitur
 nunquam Oleum a Sacerdote ad
 os usus communi illa benedictio
 quæ ad quodcunque comestibile
 Missali, & in libro Sacramentorum
 S. GREGORII ponitur, *Benedic-
 mine creaturam istam &c.* Imo et
 privatim ab hominibus sanctis be-
 dictum Oleum plurimos mirabiles e-
 fectus habuit 49.). Huc referet
 Oleum ex tumulo *s. Walburgæ
 Nicolai*, aliorumque Sancto-
 stillans.

-
- 47.) Olim etiam pias imagines Christi
 inunctas fuisse, observatum est supra
 Tit. de Imaginib. §. 73. not. 15.
 48.) Lib. de Spiritu Sancto ad Ambr.
consecramus aquam Baptismatis &c.
*Unctionis: ex quibus scriptis? non
 cita secretaque traditione?*
 49.) GRETSEUS de Benedict. lib. 2. c.

De Sacramentalibus. 525

§. 391. Non minorem ætatem ac *Benedictio*
utilitatem habet *Aque, Aqua,*
cujus usum vetustissimum, & mira-
bilem virtutem præter plurimos ali-
os integro libro erudite ostendit
M. ANTONIUS MARSILIUS CO-
LUMNA Archiepiscopus Salernita-
nus 50.), adjunctis etiam variis
aquam benedicendi ritibus Latino-
rum, Græcorum, Armeniorum,
Syriorum, Chaldæorum, Ægyptio-
rum, quos singularum harum na-
tionum propriis characteribus exhi-
bet 51.). Singularis est ritus bene-
dicendi aquam pro conferendo Ba-
ptismo, pro consecranda aut re-
concilianda Ecclesia &c. Pius est
etiam usus aquæ pro aspergendis
hominibus, aliisque rebus. Quando
enim aquam benedictam & mixto
sale exorcizatam adhibemus, pie
confidimus, quod per orationes, in
ejus benedictione a Ministro Eccle-
siæ ad DEUM fufas dignaturus sit
DEUS similia operari per aquæ a-
sper-

50.) Hydragiologia, sive de Aqua bene-
dicta.

51.) Fufe etiam materiam hanc tractat
GRETSERUS de Benedictionibus lib. 2.

Spersionem in nobis, qualia orat
do aut benedicendo prius pet
sunt, dicendo . . . *virtutem tua be*
ditionis infunde, ut quicquid in do
bus, vel in locis fidelium hæc unda
sperserit, careat omni immunditia,
retur a noxa: non illic resideat Sp
pestilens, non aura corrumpens: di
dant omnes insidia latentis in
Multis etiam beneficiis DEUS con
firmat usum aquæ contactu Reli
quiarum, & invocatione quorum
dam Sanctorum, ut S. Ignatii, S.
Xaverii &c. consecratæ. Inter he
reticos, qui usum aquæ benedictæ
impugnarunt, creduntur primi fu
isse *Flagellantes* §2.), quos strenu
æmulati sunt alii recentiores.

Panis;

§. 392. Antiquissimus pariter us
est benedicendi *panem*, tam solenn
ni, quam privata benedictione. For
mula solemnis benedictionis extat
Missali Romano. Græci post Litur
giam distribuunt presentibus panem
illum, ex quo ad Sacrificium con
ficiendum particulam defecerunt
vocant eum *αντιδωρον*, *καταδωρον*
latine

§2.) Vid. ALPHONS. DE CASTRO ad
hæres. lib. 2. V. aqua. SIANDA Lect
Polem. V. *Flagellantes*.

Latine fractionem. Multa de hoc tradunt Commentatores Græcarum Liturgiæ (53.); & CONSTANTINO CABASILÆ, dubitanti, an Antistiti Græco liceat, Latinis fractionem distribuere, si sacro ministerio interfuerint, respondet DEMETRIUS CHOMATENUS, ut accedentibus Latinis fractionem prompte largiatur; hac enim ratione Latinos paulatim attrahendos esse sperabat ad ritus Græcos (54.). Eundem panem intelligimus sub nomine Eulogiarum, quæ Fidelibus sub Sacrificio non communicantibus, distribuebantur, etiam apud Latinos, & adhuc hodie a Græcis non nisi jejunis sumuntur (55.). Mittebantur etiam Eulogiæ in celebrioribus festis, uti Paschate & Natalitiis Domini

53.) Vid. NICOLAUS CABASILA in Expositione Liturgiæ, c. 53.

54.) Jus Græco-Rom. tom. I. lib. 5. pag. 321.

55.) LEO ALLATIUS de Eccles. Occid. & Orient. consens. lib. 3. c. 9. §. 1. Scriptores innumeri agunt de Eulogiis, quorum magnam copiam allegat DU-FRESNE Glossar. V. *Eulogia*. Videatur etiam Card. BONA *Res. Liturg.* lib. 1. c. 23. GRETSERUS de *Benedict.* lib. 2. c. 24.

mini, privata benedictione con-
cratae ab Episcopis & Presbyteris
cum literis salutatoriis ad alios Ep-
scopos, Reges aut amicos (56.), et
iunctis saepe aliis munusculis (57.).
Panis etiam parvuli benedicuntur
honorem S. NICOLAI Tolentini
in memoriam illius prodigii, quod
cum NICOLAUS graviter decem-
bebat, a Deipara & S. Augustino
recreatus, ipsiusque iussu sumpta
quam aquae intinxerat, panis buc-
cella, subito convaluit (58.).

Clavium;

S. 393. Ad hunc tractatum refer-
runtur etiam alia pia munuscula
quae vel ab inclusis Sacris Reliquiis
vel a Benedictione Ecclesiae singula-
rem

56.) Formulas harum literarum exhibet
MARCULFUS lib. 2. formul. 42. & c.
vid. not. BIGNONII ad hanc formulam.

57.) PAULUS quidam DESIDERIO Episcopo
Cadurcensi grates agit de Eucharistia
sanctis, de falerno nobili, vel vasis
decem &c. apud HENRIC. CANISII
antiq. Lect. tom. 5. & Promptuar.
cles. p. 2. Epist. II. ad Desiderium p.
545.

58.) Vid. Acta Sanctorum tom. 3. Septem-
pag. 650. & 730. seqq. ubi recensentur
plurima miracula per hunc panem per-
ta.

De Sacramentalibus. 529.

rem efficaciam obtinent. Sæculo VI.
S. GREGORIUS M. Childeberto
Regi Francorum misit auream cla-
vem, cui particulæ ex vinculis S. Pe-
tri inclusæ erant, e collo suspen-
dendam 59.). Jam prioribus Pon-
tificibus ejusmodi claves in usu fuis-
se, patet ex eodem GREGORIO
60.), dum mittit THEOTISTÆ illam
ipsam clavem auream a Decessore suo
ad quemdam missam, quam Longo-
bardus quidam pro aliis usibus incide-
re volens, repente per Spiritum arre-
ptus sibi ipsi cultellum in gutture de-
fixit, eadem hora extinctus. Aliam mi-
sit RECAREDO Regi Visigothorum,
in qua inest ferrum de catenis B.
Petri inclusum, ut quod collum il-
lius ad martyrium ligaverat, vestrum
ab omnibus peccatis solvat 61.). Si-
mile donum sacrum misit GRE-
GORIUS VII. ad Alfonso Hispaniarum Regem 62.).

L1

§. 394.

- 59.) S. GREGORIUS M. lib. 5. indict. 14. epist.
6. *Claves præterea S. Petri, in quibus de vin-
culis catenarum ejus inclusum est, Excellen-
tia vestra direximus, quæ collo vestro su-
spense a malis vos omnibus tueantur.*
60.) Lib. 6. indict. 15. epist. 23.
61.) Ibid. lib. 7. indict. 2. epist. 128.
62.) Regist. GREGORII VII. lib. 7. ep. 6.
Plura

*Numisma-
tum;*

§. 394. His Clavibus aureis potissima Religio accedebat ex inclusis Reliquiis: cum autem ingens esset Fidelium desiderium ejusmodi munuscula Pontificia obtinendi, hæc etiam absque Sanctorum Reliquiis missa fuerunt, scilicet dictæ Clavibus aureæ attactu Sepulchri S. Petri 63.) consecratæ, item Cruces, Nummi &c. quibus impertita erat Pontificia Benedictio, addita etiam venia peccatorum. Nummorum ejusmodi originem deducunt ex iis, quæ in Bel-

Plura exempla recenset FERRANDUS in Disquisit. Reliq. lib. I. c. 3. art. 3. sect. 3. §. I.

63.) In cit. epist. 128. S. GREGORIUS fine addit: *præterea transmisimus clavem aliam a sacratissimo B. Petri Apostoli Corpore, quæ cum digno honore reposita, quæ apud vos invenerit, benedicendo multiplicet.* Talem fuisse clavem quidam estimant, quam GREGORIUS III. misit CAROLUM MARTELLUM apud BARNUM ad ann. 740. n. 22. GRETSEK. edit. tom. 6. pag. 686. Sed in Chronico FREDEGARIJ missæ dicuntur claves venerandi sepulchri cum vinculis S. Petri, quas Pontifex Carolo ad rogum direxit id est, ad preces, seu pro honoribus. Vid. DU CANGE V. Roga. Rogus. Baronius & Gretserus posuerunt ad regnum.

Belgio acciderunt 64.), ubi hære-
tici, assumpto Gheusiorum nomine
nummum suspenderunt e collo, tan-
quam signum conspirationis. His
ut se opponeret PHILIPPUS CRO-
IUS Areschoti Dux, pro sua in
Hallensem Virginem pietate, Deipa-
ræ imaginem ipse, quique cum eo
erant Nobiles complures in galeri-
spiram eleganter inseruere: quæ res
PIO quinto Pontifici adeo grata ac-
cidit, ut ad augendam Belgarum re-
ligionem, Numismata illa rite con-
secrassè, atque gestantibus noxarum
veniam pro Pontificia potestate di-
largitus esse dicatur. Inde factum
memorant, ut Belgarum exemplo
ubique terrarum certatim excepto,
sacrorum ex metallo numismatum
religio aut originem duxerit, aut
certe suam tunc primum celebra-
tem derivaverit. Hæc consuetudo
benedicendi nummos magis invaluit
tempore SIXTI V. Pontificis. Cum
enim sub dirutis quibusdam muris
Lateranensis Palatii invenirentur
multi nummi aurei a variis antiquis
Imperatoribus & Regibus in memo-
riam suæ erga SS. Apostolos devotio-
nis

L 1 2

nis

64.) Narrante FAMIANO STRADA de Bel-
lo Belg. Dec. I. lib. 5, ad ann. 1566.

nis ac liberalitatis ibi olim abscondit
Pontifex plerosque summis Viris dis-
tribuebat: cum autem ejusmodi ma-
nera essent gratissima: nummi vero illi
demum deficerent, facti denique sunt
alii Sanctorum imaginibus & Benedic-
tione Pontificia insigniti.

Agni Cerei: §. 395. Sicut nummi isti ex vario
metallico, ita etiam fieri & a Pontifice
benedici solent formæ quædam ce-
rea, quibus figura Agni imprimi-
tur, in memoriam JESU Christi, qui
Agnus est sine macula, & pro nobis
occisus: unde formæ illæ vocari so-
lent *Agnus DEI*. Incertum est, quo
tempore introductus sit hic ritus (65.)
Anno 1544. Romæ effossus est tu-
mulus Mariæ filiæ Stiliconis, Hono-
rio Imperatori desponsata (66.)
mortuæ tamen in Virginitate, æ-
tequam nuptiæ complerentur: in
in sarcophago marmoreo præter co-
tera pretiosissima monilia inventa
est *Agnus DEI* (67.). Suspiciat
GRET.

65.) Videri potest THEOPHIL. RAY-
NOLANDUS tom. 10. tract. de Agno Cereo. c. 1.
HONORATUS A S. MARIA animadver-
siones in Regul. Critices tom. 3. lib. 5. Dis-
sert. 2. art. 3.

66.) Epithalamium cecinit CLAUDIANUS
in Epithalamio S. MARIE.

67.) MÜNSTERUS A Catholicus, Col-
legii Paderbornensis grat.

GRETSERUS 68.), non fuisse ceream Agni cœlestis effigiem; sed vel Agni figuram ex auro, argento, gemmisve compactam; vel eandem in auro, argento, vel unione quopiam sculptam, sive cœlatam &c. At vero BENEDICTUS XIV. 69.) testatur fuisse *Cereum* Agnum DEI, ex quo liceret conjicere harum formarum vetustatem 70.). Certe Ordo Romanus, Liber sæculo octavo antiquior, non tanquam de re nova, sed inter alios ritus vetustissimos, simul cum ritu benedicendi *Cereum* Sabbato Sancto, mentionem facit

L 1 3 de

graph. lib. 2. de Italia. dum narrat, ibi reperta varia muliebria ornamenta, addit: *in quibus bulla earum, quas hodie Agnus Dei vocant, per cujus ambitum inscriptum erat, Maria nostra florentissima.* idem refert SURIUS Commentar. rerum in orbe gestar. ad ann. 1544.

68.) De Benedict. lib. 2. c. 36.

69.) De Canonizat. l. 4. p. 2. c. 21. n. 12.

70.) An Agnus in sarcophago Mariæ inventus referendus sit ad sacras ceras, de quibus hic sermo est, dubium facit profana inscriptio, quæ Mariam Stiliconis filiam omnium pulcherrimam prædicabat. forte Agnus ille, ex quacunque materia fuerit confectus, symbolum erat ipsius Mariæ ex Baptismi fonte renatæ.

de distributione Cerei Agni benedicti 71.). Conficiuntur autem he formæ ex cera alba, cui antiquitus miscebatur oleum Sacrum 72.): im primitur imago Agni: pro earum consecratione benedicitur aqua, infuso balsamo & Chrismate: huic immergit Pontifex cereos hos Agnos DEI, precibus DEUM exorandis, ut eas formas benedicere, sanctificare & consecrare dignetur, iisque tantam impertiat virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate iisdem usus fuerit, ea dona ac beneficia consequatur, quæ in forma benedictionis exprimuntur 73.). Solet

71.) Eosdem ritus recensent sæculo octavo & nono, *ALCUINUS* de Divin. Officiis tit. de Sabbatho S. Paschæ. *AMALARIUS* *FORTUNATUS* de Eccles. offic. lib. I. c. r.

72.) *AMALARIUS* loc. cit. dicit: *quoniam Agnum de cera videmus, Agnus profectus & in Pascha immolatus, ad memoriam reducitur, cui Sanctus Gregorius oleum infudit, quando mysteria Paschalis Agni referavit. Per oleum sæpe apud antiquos intelligitur Chrisma.*

73.) Vid. formula impressa Romæ ann. 1755 quæ continetur in Appendice ad Tom. Bullarii *BENEDICTI XIV.* num. 5. pag. 56.

let autem Pontifex eas consecrare aliquo die post Pascha, & distribuere Sabbato in Albis, anno primo, & postea quovis septennio Pontificatus sui; ac insuper tempore anni Jubilæi, quando in ejus Pontificatum incidit 74.).

§. 396. Alia a Summo Pontifice *Rosa aurea* instituitur solemnitas, Dominica *Et* quarta Quadragesimæ 75.), qua festivus Introitus *Letare Hierusalem* ab Ecclesia cantatur, & *Rosa aurea* consuetis precibus benedicatur, balsamo inuncta, contrito odorifero musco perfusa, thure adolita, & aqua benedi-

Ll 4 nedi-

565. Inter omnes Catholicos constat, ejusmodi ceris sicut etiam aliis rebus benedictis, non inesse intrinsicam virtutem producendi supernaturales effectus, sed hos expectari a Divina bonitate per merita Christi. Unde formulæ, qua consecrantur hi Cerei Agni, immerito impingit notam blasphemix *HOSPINIUS* de festis Christianor. pag. 76. 74.) Ritus Benedictionis & distributionis recenset Ceremoniale ROMANUM lib. I. tit. 7. & lib. 2. tit. 2. rubr. de Sabb. in Albis.

75.) Hæc Dominica ob benedictionem Rosæ aureæ vocatur *Dominica Rosarum*, etiam in quibusdam locis Germaniæ, uti Geisenfeldæ in Bavaria.

nedicta aspersa. Solet Pontifex hanc
dono dare presenti cuiquam Principi
Viro, interdum etiam ad absentem
transmittere. Nimis longum foret
hoc loco discurrere de antiquitate
ritibus & mysteriis hujus Rosæ 76.)
uti etiam de *Pileo & Gladio* ab eodem
Pontifice in nocte Natalis Domini
benedici solitis 77.).

*Alia Bene-
dictiones
varia.*

§. 397. Benedictio, de qua hactenus,
fit cum consecratione quadam
& dedicatione rei, cui impenditur;
ad quem finem etiam benedicuntur
paramenta, cerei, thus &c. ad usus
Officiorum Divinorum destinata;
vel saltem adhibentur certæ preces
ab Ecclesia præscriptæ: sic benedici-
tur vinum cum invocatione JOAN-
NIS Evangelistæ, qui venenum sine
ullo damno bibisse traditur; carnes
herbæ, aliaque comestibilia; ite-
do-

76.) Vid. THEOPH. RAYNAUD. tom. 1.
tract. de Rosa Mediana. a pag. 405.
ANTON. BALDASSARRI tract. qui inter-
bitur *La Rosa d'oro*. BENEDICTUS XIV.
in Epistola, qua Rosæ aureæ donum
Bononiensem Ecclesiam transmissum ce-
mulavit. Bullar. tom. 3. constit. 42. Cere-
moniale Romanum lib. 1. tit. 7.
77.) De his idem RAYNAUD. tom. 10.
pag. 530. Ceremoniale Rom. loc. cit.

domus, naves, agri, thalami &c. adversus dæmonum & infernalium potestatum infidias & fraudes: Vexilla quoque bellica, arma &c. pro impetranda Divina protectione 78.). Alia Benedictio præcise est fausta apprecatio, quæ a Sacerdotibus, vel Viris sanctis prolata, semper a Fidelibus summopere æstimabatur, adeo ut quodocunque sibi obvii, vel simul conversati fuerunt, passim benedixerint aliis, vel benedictionem petierint 79.). Infideles etiam Saraceni obviam processere S. HILARIONI, submittentes colla, & voce Syra *Barach*, id est, *Benedic*, inclamantes 80.): S. SIMEON styli-

L 1 5 tes

78.) Formulæ harum benedictionum continentur in Missali, Ceremonialibus, Ritualibus, Manualibus &c. consuli etiam possunt Commentatores Rubricarum, BARTHOLOMÆUS GAVANTUS, CAJETANUS MERATI, aliique.

79.) PAPHNUTIUS Abbas appropians ad speluncam S. ONUPHRII, secundum consuetudinem monachorum clamare cœpit, benedictionem humillime petens. apud ROSWEYDUM in Vitis PP. lib. 1. pag. 101.

80.) S. HIEROYM. in Vita S. Hilarionis. Communis est Juris regula, minorem benedictionem

tes concurrentes ad se barbaros
 fit ad Theodoretum, ut Sacerdotem
 lem acciperent benedictionem,
 cens fore, ut magnum hinc fructum
 perciperent: barbari illi tanto
 petu pro impetranda benedictione
 irruerunt in Theodoretum, ut is
 ne fuisset compressus, nisi Simeon
 sua columna clamorem edens, om-
 nes dispersisset 81.). Dissimulare
 non possum, inde profectum etiam
 esse morem apud Germanos, pro-
 pinandi aliis in convivio, ubi offer-
 tur alteri poculum ad petendam be-
 nedictionem, quam impertire alter
 solet, dicendo, *Deus benedicat*, qui

nedici a majore. Id NICOLAUS PAPA
 c. 6. dist. 21. desumit ex Epist. S. PAULI
 ad Hebræos VII. ubi ex eo, quod
 Melchisedech benedixit Abraham
 infertur Sacerdotium Christi secunde
 ordinem Melchisedech, majus esse
 vitico, cum Levi adhuc in lumbis Ab-
 hæ existens benedictionem accepit
 Melchisedech.

81.) Hæc & alia ad hanc rem narra-
 ipse THEODORETUS in Historia Religi-
 osa, quæ inscribitur Θεορητικὴ κατὰ
 Similia passim occurrunt apud ROSWITUM
 dum in Vitis Patrum, & in Actis Sa-
 ctorum.

Formula apud plebejos adhuc hodie in usu est. Verum pius hic ritus apud multos omnem pietatem amisit, versusque est in ebrietatis & intemperantiae occasionem 82.).

§. 398. Inter Ritus sacros Ecclesiae, de quibus Canones mentionem faciunt, numeratur etiam *Purificatio post partum*. Lege Mosaica, qua certi dies Purificationis mulieribus praefiguntur 83.), non teneri faminas Christianas, declarat Innocentius III. 84.): devotionem tamen earum non credit improbandam, si ex veneratione voluerint aliquamdiu ab ingressu Ecclesiae abstinere. Consuetudo invaluit, ut etiam nostris temporibus mulieres post partum per aliquot hebdomades ex decentia laudabili domi se contineant, & ante ingressum in Ecclesiam praescriptis in Rituali precibus benedictionem a Paro-

82.) De ejusmodi benedictionibus privatis Vid. GRETSERUS tract. de Benedict. lib. I. c. 9. seqq. Nullo autem modo probandus est modus benedicendi, qui insinuat a Glossa in c. absit. 14. XI. q. 3. v. sinistrum.

83.) Levitic. XII.

84.) C. un. de Purif. post part.

Parocho suo recipiant, candelæ offerant, & honorarium eidem relinquunt. Quamvis autem hæc consuetudo vim juris obligantis non habeat: ubi tamen illa viget, non possunt Regulares in suis Ecclesiis hæcque speciali privilegio hanc ceremoniam peragere, nisi sint proprii Parocho. Nam administratio uti Sacramentorum, ita etiam Sacramentalium publica & solemnium, cum superpelliceo, stola, & aqua benedicta cum oblatione candelæ, quæ sunt signa jurisdictionis, ad solum Parochum intra fines suæ Parochiæ, et quam habentem jurisdictionem, intentionem fundatam in oblationibus, spectare videtur 85.) Regulam dat GAVANTUS 86.), quod benedictiones, quæ sunt in Missa possint expleri a quocunque Sacerdote; quæ vero sunt in Ritualibus solo

85.) PIGNATELLI tom. 5. Consult. MONACELLI Formular. Legal. for. clif. p. I. tit. 10. form. 18. n. 10. LAURETUS de FRANCHIS controv. Episc. & Regul. p. 2. q. 69. cui tamen contradicit ZACHARIAS PASQUALI in addit. ad hanc quæst. 69.

86.) Thesaur. Rubric. p. 4. tit. 19.

De Inſtructione Populi &c. 541
ſolo Parocho. Regulam hanc ſæpe
limitat conſuetudo. 1

TITULUS XVIII.

DE INSTRUCTIONE POPULI PER CATECHESSES ET CONCIO- NES.

§. 399.

TEMPLA ad eum etiam finem *Catecheses*
conſtructa ſunt, ut populus in
iis commodius inſtruatur (§. 6. &
176.). Hæc inſtructio duobus po-
tiſſimum modis ſolet fieri. Si-
cuti enim ARISTOTELIS, aliorum-
que Philoſophorum 87.) alia eſt me-
thodus *Exoterica*, qua rudiores pri-
mis diſciplinæ cujuſdam principiis
imbuuntur; alia *Acroamatica*, qua
doctrinæ gravioreſ accurate tradun-
tur: ita etiam Religionis Chriſtianæ
capita ſecundum duplicem hanc me-
thodum tradi ſolent. Ad Exoteri-
cam Theologiam ſpectat *Catecheti-
ca*, quæ præcipuas tantum & maxi-
me neceſſarias doctrinæ Chriſtianæ
veritates in ſe continet, & metho-
dum

87.) A. GELLIUS Noct. attic. lib. 20. c. 5.